UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Selectae Christiani Orbis Deliciae ex Vrbibus, Templis, Bibliothecis, et aliunde

Sweerts, Pierre François

Coloniae Agrippinae, M. DC. IIX.

Dvsseldorpii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-69234

Visual Library

Perpetuæ redit huc grande ſalutis opus.

Coloniæ in Monaſterio fratrum S. Hieronymi ad riuum Salicum, vulgò, zu Weidenbach.

DVSSELDORPII.

EPITAPHIVM SERENISSIMI ILLVSTRISSIMIQVE PRINCIPIS D. VVILHELmi Ducis Iuliæ, Cliuię, Montium &c. Duſſeldorpij in Collegiata Eccleſia, poſt ſummum Altare ſepulti, in infima tumba poſitum.

Quis iacet hic? Dux Iuliacus. Quæ ſtirpe parentum?
Cliuorum illuſtri ſanguine natus erat.
Quæ Coniunx? Maria illa fuit? Quo ſtemmate? magni
Cæſaris ex diuo Cæſare nata ſoror.
Quid coluit Iuuenis? Martem. Quid adultior annis?
Pacem. Quid ſemper? Iuſtitiam atq; Deum.
Quo morbo perijt? Senio cordisq; dolore.
Qualiter? inuicta ſpe, ſtabiliq; fide.
Ergo fuit? viuit pars prima. Quid altera? ſurget
Vnde? ex hoc tumulo. Quando? vocante tuba.

Iacobus Lom Ruræmundanus PP.

NVMERALE ANNVM ET DIEM LAMENtabilis obitus continens.

QVIntarenaſCentIs CVM LVX affVLſerat annI,
CLIVensIs prInceps regna beata petIt.

ALIVD.

IanI qVIntaneCat MartIs bIs qVInta ſepVLChro,
NobILe fert CorpVs prInCIpIs heV IVLIæ.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ALIVD.

PER IANVM QVAESTOREM VVINDECANVM.

Viator heus quamuis citus pertranſeas,
Hoc te tamen ſaxum rogat, digneris vt
Relegere, quod ſcriptum eſt. In iſto condita
Iacent ſepulchro, CLIVIAE magni DVCIS
Oſſa GVLIELMI; dic aueto HEROICVM
Corpus, ANIMAE dic, in polis congaudeas
CHRISTO redemptori tuo, tunc perfice
Iter: hoc volebam neſcius ne eſſes: Vale.

TEVTOBVRGI, SIVE DVYSBVRGI IN CLIVIA.

D. O. M. S.

GERARDO MERCATORI Flandro Rupelmundano, Iuliacenſium Prouincia oriundo, Domeſtico CAROLI V. Rom. Imp. Et GVILIELMI P. ac IOANNIS GVILIELMI F. Iuliacenſium, Cliuenſium, &c. Ducum Coſmographo.

Mathematicorum ſui temporis facilè Principi: qui globis artificioſis radio dimenſis, cælum ac terram interiùs & exteriùs, qua licuit, demonſtrauit. à varia doctrina laudato.

Virtute, quod caput eſt, & integritate vitæ, & omnimorum comitate claro, hæredes Patri B. Meréti dolentes, & eruditorum ſtudioſa cohors amico P.